

Band II., Nr. 517, Seite 337-338

Konrad und Heinrich, genannt Struze, von Wartenberg überlassen dem Kloster Salem das Eigentum an der Kirche zu Bolstern und anderen genannten Lehengütern auf Bitte der seither damit Belehnten.

Geisingen, 1273. April 13.¹

Omnibus hanc paginam inspecturis Cōnradus et Hainricus, dictus Struze, de Wartunberch, rei geste noticiam cum salute. Ut facta modernorum sine calumpnia posteris elucescant, litterarum debent testimoniis perhennari. Eapropter noverint universi, quod cum Wernherus de Schwarzenbach, consensu heredum suorum omnium concurrente, ius patronatus ecclesie in Bolsterne, quod a nobis iure feudali cum suis attinenciis tenuerat illucusque, et Bernherus, dictus Haller, possessiones in Gunzenhusen cum omnibus dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, iure feudali ab ipso solo a nobis possessis, ac etiam Wetzlo miles et Burcardus fratruelis suus, dicti de Rischa, possessiones dictas Betzvisan, sitas prope grangiam Raithaslach, quas [ad] monasterium de Salem, receptis ab abbate dicti monasterii octo marcis argenti sollempniter vendiderunt, quas possessiones iidem possederant a nobis titulo feudali, in monasterium antedictum et personas ibidem sub iugo regulari domino famulantes vellent transferre per donationem publice celebratam, primi duo simpliciter propter deum, reliqui autem pro pecunia ipsis data, ad manus nostras, ipsam ecclesiam Wernherus seu ius patronatus, Bernherus vero et dicti de Rischa dictas suas possessiones, ut ipsorum dicta donatio venditio et traditio rite fieret, prout debuit et fieri consuevit, sine qualibet ex[ce]ptione seu conditione libere resignarunt. Qua resignatione facta ad manus nostras, nos ipsorum super premissis precibus inclinati pro animarum etiam nostrarum remedio et nostrorum dictam ecclesiam et ius patronatus cum suis attinenciis et iuribus universis, nec non dictas possessiones in Gunzenhusen et in Beitzewison cum domibus, areis, agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, viis, semitis, itineribus, silvis, nemoribus et virgultis, iuribus et libertatibus quibuscumque, que omnia et singula nobis iure proprietario pertinebant, una cum dictis fedotariis, concurrente heredum nostrorum omnium voluntate, monasterio supradicto donavimus et tradidimus pleno iure

¹Die Urkunde war im WUB zunächst auf 1200 Apr. 13 datiert. Nach FRANZ LUDWIG BAUMANN: Die Freiherren von Wartenberg. In: Freiburger Diözesanarchiv 11 (1877), S. 145-210, S. 165, hat das in Sigmaringen befindliche Original der Urkunde jedoch das Datum: *anno domini MCCLXXIII. idus Aprilis* (April 13), weshalb die Urkunde für diese frühere Zeit wegzufallen hat. Entsprechend wurde das Datum in der vorliegenden Edition korrigiert.

II

libere perpetuo possidenda.

 Acta sunt hec apud Gisingin anno domini MCC., idibus Aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro Hermanno comite de Sulze. Ber. de Sunthusen². C. et C. de Gv̄tmetingin. H. de Sunthain³ et H. dicto Fridinger. De fratribus vero de Salem Hainrico cellerario maiore. R. bursario et Nycolao monachis, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetue firmitatis presens instrumentum super premissis conscriptum appensione sigillorum nostrorum duximus roborandum. Nos Wernherus de Swarzenbach, Bernherus, dictus Haller, Wetzlo et Burcardus, dicti de Rischa, sub sigillis predictorum nobilium de Wartenberch, quia sigilla propria non habuimus, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus profiteamur.

—

Nach dem in vier Bänden in Folio bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem 13. Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, Bd. 3, Nr. 54, S. 61, unter dem Rubrum *Super iure patronatus ecclesie in Bolstern et possessionibus in Gunzinhusen. Item de possessionibus Betzwison apud Raithasla* (mit Datum 1200 April 13).

 Das Original, das sich zunächst im ehemaligen königlich-preußischen Regierungsarchiv zu Sigmaringen, dann im GLA Karlsruhe befand, wurde nicht verglichen. Im WUB wurde die Urkunde erneut nach einem Abdruck bei Codex Salemitanus, Bd. 2, S. 87, Nr. 491, als Urkunde Nr. 2343 (WUB, Bd. VII, S. 243 f.) registriert, um die Auslassung bei der Jahreszahl zu korrigieren.

²Abgegangener Ort.

³Suntheim, Donaueschingen, VS, W, nicht Sontheim, Heroldstatt, UL.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Sigmaringen

Signatur/Titel des Originals:

Ho 158 T 1 Nr. 13

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch im GLA Karlsruhe Diplomatarium Salemitanum III, Nr. LIV, S. 61.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 37, S. 219 (nach Original). Schnell: Zeitschrift Hohenzollern, Bd. 1, S. 82. Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 87, Nr. 491.

Literatur:

Baumann: Freiherren von Wartenberg, S. 165 (zur Datierung).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Geisingen

Ortsindex:

Bolstern Wohnplatz (21290)
 Bolstern, Bad Saulgau, SIG
 Geisingen Wohnplatz (14064)
 Geisingen, TUT
 Gunzenhausen Wohnplatz (21210)
 Gunzenhausen, Ostrach, SIG
 Gutmadingen Wohnplatz (14065)
 Gutmadingen, Geisingen, TUT
 Raithaslach Wohnplatz (14670)
 Raithaslach, Stockach, KN
 Reischach Wohnplatz (21396)
 Reischach, Wald, SIG
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Schwarzenbach, Boms, RV
 Sontheim Wohnplatz (17005)
 Sontheim, Heroldstatt, UL
 Sulz am Neckar Wohnplatz (12745)
 Sulz am Neckar, RW
 Suntheim Wüstung (23374)
 Suntheim, Donaueschingen, VS, W
 Sunthusen
 Wartenberg Wohnplatz (14073)
 Wartenberg, Geisingen, TUT